Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Etymologiae

Isidorus <Hispalensis>

[Augsburg], 1472

Liber tredecimvs de mvndo [...]

urn:nbn:de:bsz:31-128502

Visual Library

& blatta lucifuga est·per noctem enim tantum ambulat. ¶ Pa
piliones auicule sunt· q̃ maxime habundant florentibus maluis
quiq; vermiculos stercore suo faciunt nasci. ¶ Locusta q; pedi/
bus sit longis veluti hasta. Vnde & eam greci tam maritimam
q̃m terrestrem hastago appellant ¶ Cicade ex cuculorũ nascũ/
tur sputo. Ide in italia apud reginos multe sunt· nec vsq̃m alibi
¶ Musca ex greco venit sicut et mus. Idee sicut & apes necate
in aqua aliquotiens post vnius hore spacium reuiuiscunt ¶ Ci
nomia grece vocatur·id est musca canina. Nam cenos grece ca/
nis vocatur ¶ Culex ab aculeo dictus·q; sanguinem sugat· ha/
bet enim in ore fistulam in modum stimuli·qua carnẽ terebrat
ut sanguinem bibat ¶ Scinifes musce minutissime sunt sed acu
leis permo este·quibus tercia plaga superbus populus egiptio;
cesus est ¶ Oestrus animal armẽtis aculeis permolestũ. Oestrũ
autem graecum est·quod latine asilus·vulgo tabanus vocatur.
¶ Bibiones sunt qui in vino nascuntur·quos vulgo muscionis
a musto appellãt. Vnde afranius. Cum me expectas et fabulari
incipis ex ore in oculis tuis bibiones inuolant. ¶ Gurgulio di/
citur·qa pene nichil ẽ aliud nisi guttur ¶ Finit duodecimus

¶ Prefatio in librum sequentem

IN hoc libello quasi in quadã breui tabula quasdam celi causas
situsq; terrarum·& maris spacia annotauimus·ut in modico ea
lector percurrat·& compendiosa breuitate ethimologias eorum
causasq; cognoscat Finit prefatio

INCIPIT · LIBER · TREDECIMVS · DE · MVNDO

MVNDVS · EST · CELVM · TERRA
MARE · ET · QVE · IN · EIS · SVNT
OPERA · DEI · DE · QVO · Dicitur
Et mundus per ipm factus est. Mundus
latine a philosophis dicitur·q; in sempiter
no motu sit·ut caelum·sol·luna·aer·maria
Nulla enim requies eius elementis accessa
est·ideoq; semper in motu est. Vnde & animalia varroni viden
tur elementa· quoniam per semetipa inquit mouentur. Graeci
vero nomen mundo de ornamento accomodauerunt· propter
diuersitatem elementorum· & pulcritudinem siderũ. Appellat

enim apud eos cosmos·quod significat firmamentum vel orna
mentum·nichil enim mundo pulcrius oculis carnis aspicimus
Quatuor autem constat esse climata mũdi id est plagas·ori/
entem & occidentem·septentrionem & meridiem Oriens ab
exortu solis est nũcupatus Occidens q̃ diem faciat occidere·
atq; interire·abscondit enim lumẽ mundo·& tenebras superin/
ducit Septentrio autem a septem stellis axis vocatur·q̃ in ipo
reuolute rotantur. Hic ,pprie & vertex dicitur· eo q̃ vertit̃ sicut
poeta ait. Vertitur interea caelum Meridies vel q̃a ibi sol facit
medium diem·quasi medidies·vel quia tunc purius micat ether
merum enim purũ dicitur. Ianue celi due sunt·oriens et occasus
Nam vna porta sol procedit·alia se recipit. Cardines aũt mundi
duo·septentrio & meridies. In ipis enim voluitur caelum

De Athomis Ca·ii

Athomos philosophi vocant quasdam in mũdo cor/
porum partes tam minutissimas·ut nec visui pateãt·
nec thomum id est sectionẽ recipiãt. Vnde et athomi dicti sunt
Hi per inane tocius mundi irrequietis motibus volitare·et huc
atq; illuc ferri dicuntur· sicut & tenuissimi pulueres· qui infusi
per fenestras radiis solis videntur. Ex his arbores & herbas &
fruges omnes oriri· & ex his ignem & aquã & vniuersã gigni
atq; constare quidam philosophi gentium putauerũt. Sunt aũt
athomi aut in corpore·aut in tempore·aut in numero·aut in lit
tera. In corpore ut lapis·diuides enim in partes·& partes ipas di
uidis in grana·veluti sunt arene·rursumq; ipa arene grana diui/
de in minutissimum puluerem·donec si possis peruenias ad ali/
quam minuciã·que iam non sit que diuidi aut seeari nõ possit·
hoc est athomus in corporibus. In tempore vero sic intelligitur
annum (verbi gratia) diuides in menses· menses in dies· dies in
horas·adhuc partes horarum admittunt diuisionem· quousq;
peruenias ad tantum temporis punctum·& quãdam momẽti
stillam·ut per nullam morulam produci possit· & ideo diuidi
iam non potest·hoc est athomus temporis. In numeris utputa
octo diuidunt̃ in quatuor·rursum quatuor in duo·deinde duo
in vnũ. Vnus autẽ athomus est· quia insecabilis est· Sic & in
littera·nam orationem diuidis in verba·verba autem in sillabas
sillabas autem in litteras· littera pars minima athomus est· nec
diuidi potest. Athomus ergo est·quod diuidi non potest·ut in

geometria punctus. Nam thomus diuisio dicitur graece·atho/
mus indiuisio

De. Elementis Ca·iii

Len greci rerum quandam primam materiâ dicunt
nullo prorsus modo formatam·sed omnium corpo/
ralium formarum capace·n·ex qua visibilia haec ele/
menta formata sunt. Vnde & ex eius deriuatiõe vocabulum ac/
ceperunt. Hanc ylen latini materiam appellauerunt·ideo quia
omne informe vnde aliquid faciendum est· semper materia nũ
cupatur. Proinde & eam poete siluam nominauerunt·nec incõ/
grue quia materie siluarum sunt. Greci autẽ eleméta
nuncupant·eo q̃ sibi societatis concordia & cõmunione quadã
conueniãt. Nam sic ea inter se naturali quadam ratione iuncta
dicuntur·ut modo originem ab igne repetentes vsq; ad terram·
modo a terra vsq; ad ignem·ut ignis quidem in aera desinat·aer
in aquam densẽt· aqua in terrã crassetur· rursusq; terra diluat in
aquam· aqua rarescat in aerem·aer in ignem extenuetur. Qua/
propter omia elementa omnibus constat inesse·sed vnũquodq;
eorum ex eo q̃ amplius habet accepisse vocabulum. Sunt autẽ
diuina prouidentia propriis animãtibus distributa. Nã celum
angelis·aerem volucribus· mare piscibus·terram hominibus ce
terisq; animãtibus creator ipe impleuit

De. Celo Ca·iiii

Celum vocatum est· eo q̃ tanq̃m celatum vas im/
pressa lumina habeat stellarum veluti signa. Nam ce
latum dicit vas quod signis eminẽtioribus refulget.
Distinxit enim illud deus claris luminibus· & impleuit solis
scilicet & lune orbe fulgenti·& astrorum micantium splenden
tibus signis adornauit. Alias autem a superiora celando. Hoc
autem grece vranus dicitur id est a videndo·
eo q̃ aer perspicuus sit·& ad speculandum purior. Celum autẽ
in scripturis sanctis ideo firmamentum vocatur·q̃ sit cursu si/
derum & ratis legibus fixisq; firmamẽtum. Interdum et celum
pro aere accipitur·vbi venti & nubes & ,pcelle & turbines fiũt.
Lucrecius. Caelum quod dicitur aer. Et psalmus·volucres caeli
appellat·cum manifestum sit aues in aere volare. Et nos in cõ/
suetudine hunc aerem celum appellamus. Nam cum de sereno
vel nubilo querimus aliquando dicimus·qualis est aer·aliquã/
do quale est celum

De. Partibus celi Ca·v

Aether locus est in quo sidera sunt·& significat eum ignem q a toto mundo in altum separatus est. Sane aether est ipm elementum ¶ Aethera vero splendor aetheris·et est sermo grecus ¶ Spera celi dicta·eo q species eius in rotundum formata sit. Sed & quicquid tale est a volubilita/tate spera a graecis dicitur·sicut & pile quibus ludunt infantes. Nam philosophi dicunt caelum in spere figura vndiq; esse conuexum·omnibus partibus esse equale·concludens terrā in me/dia mundi mole libratum. Hoc moueri dicūt· et cū motu eius sidera in eo fixa ab oriente vsq; in occidentem circuire·septentri/onibus breuiores giros iuxta cardinem peragentibus. ¶ Axis ē septentriōis linea recta·quae per mediā pilā spe tendit. Et dicta axis·q in ea spera ut rota voluitur. Vel quia ibi plaustrum est. ¶ Cardines extreme partes sunt axis. Et dicti cardines·eo q p eos vertitur celum ¶ Poli sunt circuli q currunt per axem. Ho/rum alter est septentrionalis· qui nunq̄m occidit· appellaturq; boreus. Alter australis qui nunq̄m videtur·et austronothus dicitur. Et dicti poli q sunt axium circuli ex vsu plaustrorum· a poliendo scilicet nominati. Sed polus boreus semper videtur austronothus nunq̄m·quia dextra celi altiora sunt·pressa austri ¶ Conuexa extrema celi sunt a curuitate dicta. Nam cōuexum curuum est & inclinatum·et in modum circuli circumflexum ¶ Lacteus circulus via est·quae in spera videt̄· a cādore dictus quia albus est·quem alibi dicunt viam esse qua circuit sol·et ex splendoris ipius transitu ita lucere ¶ De. Circulis celi ¶ Ca·vi

Habitatio ista caeli circulorum distincta zonis·quas/dam partes temperie sua incolere permisit· quasdam negauit enormitate caloris·aut frigoris ¶ Zone autē ipe quinq; sunt·que ideo zone vel circuli appellātur·eo q in cir/cumductione spere existāt. Quorū primus circulus ideo arcti/cos appellatur eo q intra eum arcturi signa inclusa perspiciunt̄ que axis a nobis in vrsarum specie ficta septentriōes appellant̄. ¶ Secundus circulus ex eo terminus tropicus dicitur·qa in eo circulo sol aquilonis finibus estatem faciens·vltra eū circulum non transit·sed statim reuertit̄·& inde tropicus appellat̄ ¶ Ter/cius circulus himerinus·qui a latinis ideo eq noctialis appellat̄ eo q sol cum ad eum orbem peruenerit·equ noctium facit. Hi/

merinus autem latine dies dicit atq; nox· quo circulo dimidia
spere pars constituta ꝓspicitur ¶ Quartus circulus antarticus·
vocatur·eo q̃ contrarius sit circulo quem arcticon nomiamus.
¶ Quintus circulus cimerinus tropicus·qui a latinis hiemalis
siue brumalis appellatur· ideo quia sol cum ad eum circulum
peruenit· hiemem his qui ad aquilonem sunt facit· estaté auté
his qui austri partibus commorantur. Zo autem circulus est.

¶ De. Aere & nube ¶ Ca·vii

AEr est inanitas plurimũ habens admixtum raritatis
q̃m cetera elementa. De quo virgilius. Longum per
inane secutus. Aer dictus· ab eo
q̃ ferat terra·vel ab eo q̃ feratur. Hic autem partim ad cœlestem
partim ad terrenam materiam pertinet. Nam ille subtilis vbi vẽ
tosi ac procellosi motus non possunt existere ad celesté pertinet
partem·iste vero turbulentior· qui exhalatiõibus humidis cor/
porescit terre deputatur·quiq; ex se multas species reddit. Nam
commotus ventos facit·vehementius concitatus ignes & toni/
trua·contractus nubila·conspissatus pluuiam·congelatus nubi/
bus niuem·turbulentius congelatus densioribus nubibus grã/
dinem· distentus serenum efficit. Nam aerem densum nubem
esse constat·nubem rarefactam & solutã aerem. ¶ Nubes dicte
ab obnubendo id est operiẽdo celum. Vnde et nupte·q̃ vultus
suos velent. ¶ Vnde & neptunus q̃ nubat· id est mare et terrã
regat. Nubes autem aeris densitas facit. Venti enim aerem con/
globant nubemq; faciunt. Vnde est illud. Atq; in nubem cogit
aer ¶ De. Tonitruo ¶ Ca·viii

TOnitruum dictũ· q̃ sonus eius terreat. Nam tonus
sonus dicitur. Qui ideo interdum tam grauiter con/
cutit omnia·ita ut celum discidisse videatur· q̃a cum
procella vehemẽtissimi venti nubibus se repente immiserit·tur/
bine inualescente exitumq; querente· nubem quam excauauit
impetu magno ꝓscindit·ac sic cũ horrendo fragore defertur ad
aures. Quod mirari quis non debet·cum vesicula q̃muis parua
magnum tamen sonitum displosa emittat. Cum tonitrua autẽ
simul & fulgura exprimi·sed illud celerius videtur· q̃a clarum
est·hoc autem ad aures tardius peruenit·lux autem que apparet
ante tonitruum alibi fulgur vocatur· que ut diximus ideo ante
videtur·q̃a clarum est lumen· tonitruũ autem ad aures tardius

peruenit

De. Fulminibus

Ca. viii

Vlgur & fulmen ictus celestis iaculi. a feriendo dicti Fulgere enim ferire est atq; percutere. Fulmina autē collisa nubila faciunt. Nam omnium rerum collisio ignem creat. ut in lapidibus cernimus vel attritu rotarum. vel in siluis arborum. simili modo ī nubibus ignis. Vnde et prius nubila sunt. deinde ignis. Ex vento autem & igne fulmina certum est in nubibus fieri. & impulsū ventorum emitti. Ideo autē fulminis ignem vim habere maiorem ad penetrādum. qa subtilioribus elemētis factus est q̄m noster. id est q nobis in vsū est. Tria sunt autem eius nomia. fulgur. fulgor. & fulmē. Fulgur quia tangit. Fulgor quia incendit & vrit. Fulmen qa findit. Ideo & cum ternis radiis pingitur

De. Arcu & nubium effectibus

Ca. x

Arcus celestis dictus ad similitudinem curuati arcus. Iris huic propriū nomen est. & dicitur iris quasi aeris. id est q̄ per aera ad terras descendat. Hic autē a sole resplendet. dum caue nubes ex aduerso radium solis accipiunt. & arcus speciem fingunt. Cui varios colores illa dat res. aqua tenuis. aer lucidus. & nubes caligantes. irradiata istavarios creeant colores. Pluuie dicte. eo q̄ fluant. quasi fluuie. nascuntur enim de terre & maris anhelitu. que cum altius eleuate fuerint. aut solis calore solute. aut vi ventorū compresse stillant in terris. Nimbus est densitas nubis in tempestate obscura. & inde nimbi a nube. Sunt autem nimbi repentine & precipites pluuie. Nam pluuias vocamus lentas et iuges. quasi fluuias id est fluentes. Imbres autem & ad nubes & ad pluuias pertinent. dicti a greco vocabulo. q̄ terram inebrient ad germinandum. ex his enim cuncta creeantur. Vnde &. Lucrecius. Exigui terra atq; anima nascuntur & imbri. Est autem nomen graecū. Grando appellata. q̄ forma eius granorum similitudinem habeat. Nec autem ventorum rigore durantur in nube. & solidantur in niuem. ruptoq; aere soluuntur. Nix autem a nube vnde venit. Glacies a gelu & aqua. quasi gelacies. id est gelate aque. Gelu autem q̄ stringatur tellus. ge quippe terra dicitur tunc autem maiori gelu stringitur terra. cum fuerit nox serena. Pruina est matutini temporis frigus. quod inde pruine nomen accepit. quia sicut ignis vrit. pir enim ignis. Vrere enim &

ad frigus & ad ſolem pertinet. Nam vno ſermone duo diuerſa
ſignificantur·pro eo q̃ vnum effectum habeat·ſimilis enim vis
eſt & frigoris. Vnde & vtraq; ſaxa rumpit. Nam calor vrit·ut
eſt. Vritur infelix dido. Item frigus vrit·ut eſt. Aut boree pene/
trabile frigus adurat ¶ Ros grecum eſt·quod illi dicũt
Alii ros putant dictum·quia rarus eſt·& nõ ſpiſſus ut pluuia·
¶ Nebule inde dicte vnde & nubila· ab obnubẽdo ſcilicet hoc
eſt operiendo terram·ſiue q̃ nubes volans faciat. Exalant enim
valles humide nebulas·& fiũt nubes. Inde nubilum·inde niues
Nebule autem ima petunt cum ſerenitas eſt·ſumma cum nubi
lum. ¶ Caligo vmbra eſt·de ſpiſſitudine aeris effecta. Et dicta
caligo q̃ maxime aeris calore gignitur. ¶ Tenebre dicuntur·q̃
teneant vmbras·nichil autem ſunt tenebre·ſed ipa lucis abſentia
tenebre dicuntur ¶ Sicut ſilentium nõ aliqua res eſt·ſed vbi ſo
nus non eſt ſilentium dicitur· ſic tenebre non aliquid ſunt· ſed
vbi lux non eſt tenebre dicuntur. ¶ Vmbra eſt aer carens ſole.
Dicta autem q̃ fiat cũ ſolis obiicimur radiis. Eſt autẽ mobilis
& incerta·& ex ſolis circuitu·& ex motu corporũ. Nam quoti/
ens mouemur in ſole nobiſcum moueri videtur·quia vbi quo/
cunq; loco a radiis ſolis obſiſtimus· proinde illi lumen auferi/
mus·ſicq; ingredi nobiſcum vmbra· & geſtus noſtros videtur
imitari. ¶ Lux ipa ſubſtantia lumen quod a luce manat id eſt
candor lucis·ſed hoc ꝯfundũt autores

De. Ventis ¶ Ca·xi

Ventus eſt aer commotus & agitatus·& pro diuerſis
partibus celi nomina ſortitur diuerſa. Dictus autem
ventus· q̃ ſit vehemens & violentus. Vis enim eius
tanta eſt·ut non ſolum ſaxa & arbores euellat·ſed & iam celum
terramq; cõturbet. Quot autem partes mundi ſunt·tot ſpiritus·
id eſt venti ſunt. Quorum primus ab oriente ſubſolanus·a me/
ridie auſter·ab occidente fauonius· a ſeptentriõe eiuſdem nomi/
nis ventus aſpirat·habentes geminos hincinde ventorũ ſpiritus
Subſolanus a latere dextro vulturnum habet· a leua eurum. Au/
ſter a dextris euroauſtrum·a ſiniſtris vero affricum. Fauonius
a parte dextra affricũ·a leua chorum. Porro ſeptentrio a dextris
circinum·a ſiniſtris aquilonem. Hi duodecim venti mundi glo
bum flatibus circumagunt· quorum nomia proprius ex cauſis
ſignata ſunt. ¶ Nam. Subſolanus vocatus·eo q̃ ſub ortu ſolis
naſcat ¶ Eurus q̃ ab eoo flat·id eſt ab oriẽte·ẽ enim ſubſolano

coniunctus ¶ Vulturnus q̃ alte tonat. De quo lucrecius. Alti
tonans vulturnus·& auster fulmine pollens ¶ Auster ab hau/
riendo aquas vocatus. Vnde & crassum aerem facit· & nubila
nutrit. Hic grece nothus appellatur·,ppter quod interdum cor/
rumpat aerem. Nam pestilentiam que ex corrupto aere nascit·
auster flans in reliquas regiones transmittit. Sed sicut auster
pestilentiam gignit·sic aquilo repellit ¶ Euroauster dictus·q̃
ex vna parte habeat eurum·ex altera austrũ. ¶ Austro affricus
q̃ iunctus sit hinc & inde austro & affrico. Ipe & libonothus
dicitur·q̃ sit elips hinc & inde notus ¶ Zephirus greco nomie
appellatus·eo q̃ flores & germina eius flatu viuificentur. Hic
latine fauonius dicitur·,ppter q̃ foueat que nascuntur. Austro
autem flores soluuntur·a zephiro fiunt ¶ Affricus a propria re/
gione vocatus. In affrica enim initium sufflandi sumit ¶ Cho/
rus est qui ab occidente estiuo flat. Et vocatus chorus· q̃ ipse
ventorum circulum claudat·& quasi chorum faciat. Hic antea
scaurus dictus·quem pleriq̃ argesten dicunt·nõ ut imprudens
vulgus agrestem ¶ Septentrio dictus·eo q̃ a circulo·vii·stella/
rum consurgit· que vertẽte se mundo resupinato capite ferri vi/
dentur ¶ Circinus dictus·eo q̃ choro sit iunctus. Hunc hispa/
ni gallicum vocant·,ppter quod eis a parte gallie afflat ¶ Aq̃lo
dictus·eo q̃ aquas strigat·& nubes dissipet. Est enim gelidus
ventus & siccus. Idem et boreus·qui ab hiperboreis montibus
flat·inde enim origo eiusdem venti est·vnde & frigus est. Na/
tura enim omnium septentrionalium vẽtorum frigida et sicca
est·australium humida et calida. Ex omnibus autem vẽtis duo
cardinales sunt·septentrio & auster. Etbesie autem flabra aqui/
lonis sunt· quibus nomen inditum est· q̃ certo anni tempore
flatus agere incipiunt·emautus enim graece annus latine dicit.
Haec autem cursum rectum a borea in egiptum ferunt· quibus
auster contrarius est. Duo sunt autem extra hos vbiq̃ spiritus
magis q̃m venti·aura & altanus ¶ Aura ab aere dicta·quasi ae/
rea·q̃ leuis sit motus aeris·agitatus enim aer auram facit. Vnde
& lucrecius. Aereas auras ¶ Altanus qui in pelago est per deri
uationem ab alto id est mari vocatus. Nam altus est flatus in
ripis quem diximus auram. Nam aura terrae est. ¶ Turbo est
volubilitas ventorum. Et turbo dictus a terra·quotiens vẽtus
consurgit·& terram in circuitu mittit ¶ Tempestas autem pro

t1

tempore dicitur·sicut vbiq; historiographi solent dum dicũt·ea
tempestate. Aut ab statu celi·quia magnitudine sui multis die/
bus oritur. Verno autem et autumnali tempore q̃m maxime fi
unt tempestates·quando nec plena est estas·nec plena hiemps.
Vnde medium & confine vtriusq; temporis ex coniunctione
aerum contrariorum efficiũtur tempestates ¶ Fragor a fracta/
rum rerum nominatus est sonitu· quia sicca queq; & arida fa/
cile frãgit ¶ Procella ab eo q; percellat·id est percutiat & euellat
est enim vis vẽti cum pluuia. Procelle enim aut de fulminibus
aut de vẽtis fiunt. Nichil autem velocius ventis. Vnde et ꝓpter
celeritatem tam ventos q̃m fulmina alata fingũt poete·ut. Ala/
tis viribus austri ¶ De. Aquis ¶ Ca·xii

Aqua dicta·q; superficies eius equalis sit. ¶ Hinc &
equor appellatur·quia equaliter sursum est. Duo aũt
sunt validissima vite humane elemẽta·ignis et aqua·
Vnde grauiter damnantur· quibus ignis et aqua interdicitur.
Aquarum elementum ceteris omnibus imperat·aque enim ce/
lum temperant·terram fecũdant aerem exhalationibus suis in/
corporant·scandunt in sublime·& caelum sibi vendicant. Quid
enim mirabilius aquis in celo stantibus? Parum sit in tantam
peruenisse altitudinem·rapiunt et secum piscium examina· effuse
omnium in terra nascentium causa fiunt·fruges gignunt·arbo/
res·frutices·herbasq; producũt·sordes detergunt·peccata abluũt·
potum cunctis animantibus tribuunt

¶ De. Diuersitate aquarum ¶ Ca·xiii

Aquarum nature multa est diuersitas· alie enim salis·
alie nitri·alie aluminis·alie sulphuris·alie bituminis·
alie curam morborum adhibentes· Nam iuxta romam albule
aque corporũ vulneribus medent ¶ In italia fons ciceronis ocu
lorum vulnera curat ¶ In ethiopia lacus est·quo perfusa corpo
ra velut oleo nitescũt ¶ Xame fons in affrica canoras voces facit
¶ Ex clitorio lacu italie qui biberint·vini tedium habent ¶ In
chio insula fontem esse dicunt quo hebetes fiunt. ¶ In. Boecia
duo fontes·alter memoriam alter oblitionẽ affert ¶ Cizici fons
amorem veneris tollit ¶ Boecie lacus furialis est·de quo qui bi
berit ardore libidinis exardescit ¶ In campania sunt aque q̃ ste/
rilitatem feminarum·& virorum insaniam abolere dicunt ¶ In
ethiopie fonte rubro q̃ biberit limphaticus fit ¶ Lethnus fons

archadie abortus fieri non patitur. ¶ In sicilia fontes sunt duo· quorum vnus sterilem fecundat· alter fecundam sterilem facit. ¶ In thesalia duo sunt flumia· ex vno bibétes oues nigras fieri ferút·ex altero albas·ex vtroq; varias ¶ Clitumnus lacus in vmbria·maximos boues gignit. ¶ Reatinis paludis aquis iumentorum vngulas indurare dicút ¶ In asphaltide lacu iudee nichil mergi potest quicquid animam habet ¶ Inindissiden vocatur stagnum in quo nichil innatat·sed omnia merguntur. At cótra in alce lacu per porcidamum omnia fluitant· nichil mergitur. ¶ Marside fons in frigia saxa generat ¶ In achaia aqua ꝓfluit e saxis ¶ Stix appellata·q; ilico potata interficit. ¶ Celoniu stagnum sicilie tetro odore abigit ꝓximátes. ¶ Fons est in affrica circa templum ammonis·qui humoris nexibus humú restringit·fauillas etiá in cespitem solidat ¶ Fons iob in idumea quater in anno colorem mutare dicitur·id est puluerulentum·sanguineum·viridem· & limpidum·ternis mensibus in anno tenés ex his vnum colorem. ¶ In trogoditis lacus est·q ter in die fit amarus· & deinde tociens dulcis ¶ Fons siloa ad radicem mótis sion non iugibus aquis· sed in certis horis diebusq; ebullit. ¶ In iudea quondam riuus·sabbatis omnibus siccabatur. ¶ In Sardinia fontes calidi oculis medentur·fures arguunt. Nam cecitate detegitur eorum facinus ¶ In ephiro esse ferút fontem· in quo faces extinguuntur accense·et accendunt extincte ¶ Apud garamantes fontem esse ita algentem die·ut non bibatur· ita ardentem nocte·ut non tangatur. ¶ Iam vero in multis locis aq̃ manant perpetim feruentes· tanta vi ut balnea calefaciát· quedã enim terre sunt que multum sulpburis & aluminis habét·itaq; cum per venas calentes aqua frigida venit·vicino sulpburis calore contacta excandescit·nec talis ab origine effluit·sed permutatur dum venit. Sulpbur enim alumenq; secum ferunt aquae vtramq; materiam igne plenam mirisq; motibus incalescétem.

De. Maris nomine ¶ Ca·xiiii

Are est aquarum generalis collectio·omis enim cógregatio aquarum siue salse sint· siue dulces· abusiue maria nuncupantur· iuxta illud. Et congregationes aquarum vocauit maria. Proprie autem mare appellatur· eo ꝓ aque eius amare sint. ¶ Aequor autem vocatum·q a equaliter sursum est·et quanq̃m aque fluctuantes velut montes erigant

ſedatis rurſum tempeſtatibus adequantur. Altitudo enī maris diuerſa eſt·indiſcreta tamen dorſi eius equalitas. Ideo aūt mare incrementum non capit·cum omnia flumina et omnes fontes recipiat·haec cauſa eſt partim·q̃ influentes vndas ipſa magnitudo eius non ſentiat·deinde q̃ amara aqua dulce fluentū conſumat·vel q̃ ipſe nubes multum aquarū ad ſe trahāt· ſiue q̃ illud partim venti auferant·partim ſol exſiccet·poſtremū q̃ per oculta quedam terre foramina percolaē· & ad caput amniū fonteſq̃ reuolutum recurrat. Mari autem certum eſſe colorem· ſed pro qualitate ventorum mutari. Nam modo flauum eſt· modo lutulentum·modo atrum

De. Oceano Ca·xv

Oceanum & greci & latini ideo nomināt·eo q̃ in circuli modo ambiat orbem·ſiue a celeritate·eo q̃ ocius currat. Item qa ut celum purpureo colore nitet. Oceanus quaſi cianeus. Iſte eſt qui oras terrarum amplectitur·alternisq̃ aeſtibus accedit atq̃ recedit·reſpirantibus enim in profundum ventis· aut remouet maria· aut reſorbet· quiq̃ a proximis regionibus diuerſa vocabula ſumpſit· ut gallicus· germanicus· ſcithicus·caſpius·hircanus·athlanticus·gaditanus. Nam gaditanum fretum a gadibus dictum· vbi primum ab oceano maris magni limen apperitur. Vnde & hercules cum gadibus perueniſſet·columnam ibi poſuit· ſperās illic eſſe orbis terrarū finem

De. Mediterraneo mari Ca·xvi·

Mare magnum eſt quod ab occaſu ex oceano fluit·& in meridiem vergit·deinde ad ſeptentrionem tendit. Quod inde magnum appellatur· quia cetera maria in comparatione eius minora ſunt Iſtud eſt & mediterraneū quia per mediam terram vſq̃ ad orientem perfunditur europā & affricam aſiamq̃ diſterminans. Cuius prime partis ſinus eſt qui in hiſpaniis perfunditur hibericus· & balearicus appellaē. Deinde gallicus qui narbonenſem prouinciam alluit. Mox ligusticus qui iuxta genuam vrbem eſt proximus. Poſt hec tirrhenis q italiam attingit·quem greci ionium·itali inferum vocant. Deinde ſiculus qui a ſicilia vſq̃ ad cretam vadit. Deinde cretius qui in pamphiliam et egiptū pertendit. Inde helleſpontus qui in ſeptentrionem retorquēs· anfractibus magnis iuxta graecias et illiricum in anguſtias ſeptem ſtadiorum ſtringitur quo xerxes ponte nauibus facto in greciam commeauit. Ibi eſt

albidos. Inde diffuſus ab equore patente rurſus ſtringit & facit propontidem·q; mox in quingentos paſſus coartatur·fitq; boſ/ forus tracius. quo darius copias tranſportauit. Inde pōticus ſi/ nus āpliſſimus a tergo meotidis paludibus·quod mare ex mul titudine fluminum dulcius q̃m cetera maria nebuloſumq; & breuius eſt. Vnde & ponticum vocatum q; ſit breuius·atq; eo q; preter phocas & tinnos atq; delphinos alias beluas maiores non patitur. Sicut autem terra dum vna ſit·pro diuerſis locis variis appellat̃ vocabulis· ita & pro regionibus hoc mare mag/ num diuerſis nominibus nuncupatur ¶ Nam hibericū & aſia/ ticum a prouinciis dictum. Ab inſulis balearicum·ſiculum·cre ticum·ciprium·egeum·carpacium. Nam inter tenedum et actiū ſaxum eſt in mari potius q̃m inſula· quod viſentibus ꝓcul ca/ pre ſimile creditur·quam greci ega nuncupant. Vnde et egeum mare eſt dictum. ¶ Sic & carpacium mare inter egiptū et rho/ dum·ab inſula carpacium illic poſita. ¶ A gentibus gallicum· auſonium·dalmaticum·libiſticum. ¶ Ab oppidis argolicum· corintheum·tirium·adriaticū. Nam adria quedam ciuitas illiri/ co mari ꝓxima fuit·que adriatico mari nomen dedit ¶ A poſi/ tione celi·ut ſuperum & inferum· q; ſit oriēs ſuperius·occidens inferius·eſt autem tuſcum & adriaticum. ¶ A memoria regis· ut ionium. Io quippe rex fuit grecie. Vnde & iones athenienſes ¶ Hoc mare et tirrhenum dictum·ſiue q; tuſciam alluit·id eſt tirrheniam·ſiue a tirrhenis nautis·qui ſe i hoc mare precipitaue/ runt. Et ſciēdum ionium ſinum eſſe immenſum· ab ionia vſq; ad ſiciliam·& huius partes eſſe· adriaticum·achaicum & epiro/ ticum ¶ A moribus acolarum·alibi euſinus·acgenus antea ap/ pellatus ¶ A caſibus hominum·qui ceciderunt in mare·ut hel/ leſpontum·icarium·mirteum. ¶ Nam mirteum mare dictum a mirtili ꝓapſu·q; illic ab enomao precipitatus ſit. ¶ Icarus vero creten ſis ut fabuloſe fertur altiora petens·pennis ſolis calore ſo/ lutis·mari in quod cecidit nomē impoſuit. ¶ Frixus quoq; cū helles ſorore ſua fugiens inſidias nouercales·conſcendit nauem ſignum arietis habentem·qua liberatus eſt. Helles autem ſoror eius perpeſſa naufragium·decidit i mare· & mortua helleſpōto mari nomē dedit ¶ Ab ordine fluenti· ꝓpontidis. Nam dictū propontum·q; a pontum preuenit ¶ Idem & a tranſitu·vel an/ guſtis meatibus boum boſſorus. ¶ Egiptius autē pelagus aſie

datus·gallicus europe·affricus libie·his ut quecq; proxima sunt
venerunt in partes. ¶ Pelagus autem est latitudo maris sine li/
tore & portu graeco nomine a potoplagia· hoc est a latitudine
dictum. Vnde & plagia q; sint importuosa

¶ De. Sinibus maris ¶ Ca·xvi

Sinus dicunt maiores recessus maris·ut in mari mag/
no ionius·in oceano caspius· indicus·persicus·arabi/
cus·qui & mare rubrum·qui oceano ascribitur ¶ Ru
brum autem mare vocatum·eo q; sit roseis vndis infectum· nõ
tamen talem naturam habet· qualem videtur ostendere· sed vi/
cinis littoribus viciatur gurges atq; inficitur· quia omnis terra
que circumstat pelago rubra est· & sanguineo colori proxima.
Ideoq; inde minium acutissimum excerpitur·et alii colores qui/
bus pictura variat. Ergo cum terra hanc habeat natura fluctu/
bus subinde diluitur·& quicquid adhesum est in colore cadit.
Ob hoc & iam in his litoribus gemme rubre inueniuntur·lapil
lus enim huiusmodi humo inuolutus·cum inter harenas attri
tus est·& terre colorem habet & maris ¶ Hoc mare in duos si/
nus scinditur·ex his qui ab oriente est persicus appellatur·quia
ora illius perse inhabitant. Alter vero arabicus dicitur·q; sit cir
ca arabiam ¶ De. Estibus et fretis ¶ Ca·xvii

Estus ad oceanum pertinet·fretum ad vtrumq; mare
Nam estus maris accessus vel recessus· id est inquie/
tudo. Vnde & estuaria per que mare vicissim tã acce
dit q̃m recedit ¶ Fretum autem appellatum·q; ibi semper mare
ferueat. Nam fretum est angustum & quasi ferues mare. ab vn/
darum feruore nominatum·ut gaditanum vel siculum. Nã fre/
ta dicta varro ait quasi feruida id est feruẽtia & motũ feruoris
habentia. ¶ Fretum sicilie quod regium dicit·salustius tali ex
causa vocari scribit dicens. Italie olim siciliam coniunctã fuisse
& dum esset vna tellus medium spaciũ·aut per humiditatẽ ab/
ruptum est aquis·aut per angustiã scissum·& inde regiũ appel
latũ·quia grece abruptũ hoc noie nũcupatur. Est aũt artissimũ
trium miliũ spacio· siciliam ab italia diuidens·fabulosis infame
monstris·quibus hinc nde scilla & caribdis ostenditur ¶ Scil
lam accole saxum mari imminens appellãt·simile celebrate for/
me procul videntibus. Vnde & monstruosam speciem fabule
illi dederunt·quasi formã hominis capitibus succinctã caninis

quia collisi ibi fluctus latratus videntur exprimere ¶ Caribdis dicta·q; gurgitibus ocultis naues absorbeat. Est eni mare vertiticosum·& inde ibi laniata naufragia profundo emergunt. Ter autem in die erigit fluctus & ter absorbet. Nam accipit aquas ut vomat·vomit ut rursus accipiat ¶ Sirtes sunt arenosa in mari loca. Sirtes autem salustius a tractu vocari dicit·q; oia ad se trabat·& appropinquantes vadoso mari hereant. Ide autem ad mare egiptium vicine sunt·et pariter admiscentur ¶ Vada vero sunt per que in mari vel in fluminibus homines vel animalia pedibus vadunt·que virgilius breuia appellat·greci bracia

De. Lacis &. Stagnis ¶ Ca·xviii

SVnt autem quedam maria que non miscentur oceani fluctibus·aut mari magno· & dicuntur lacus & stagna. ¶ Lacus ē receptaculum in quo aqua retinet nec miscetur fluctibus·ut lacus asfalti·lacus benacus·& larius· & ceteri·quem greci limen id est stagnum vocant. Nam fontes labuntur in fluuiis·flumina in freta discurrunt·lacus stat in loco nec ꝓfluit. Et dictus lacus quasi aque locus ¶ Lacus asfalti idem & mare mortuum vocatum· propter quod nichil gignit viuum·nichil recipit ex genere viuentium. Nam neq; pisces habet·neq; assuetas aquis & letas mergendi vsu patitur aues. Sed & quecunq; viuentia mergenda temptaueris quacunq; arte dimersa·statim resiliunt·& q̃muis vehementer illisa·confestim excutiuntur. Sed neq; ventis mouetur·resistente turbinibus bitumine·quo aqua omnis stagnatur·neq; nauigatiōis patiens est· quia omnia vita carentia in profundum merguntur·nec materiam vllam sustinet·nisi que bitumine illustratur lucernā accēsam ferūt supernatare·extincto lumine dimergi ¶ Hoc et mare salinarium dicitur·siue lacus asfalti id est bituminis. Et est in iudea inter hiericho & ꝯoaran. Longitudo eius vsq; ad ꝯoaras arabie dirigitur·stadiis septingentis octoginta. Latitudo stadiis centum quinquaginta·vsq; ad viciniam sodomorum ¶ Lacus tiberiadis ab oppido tiberiadi vocatus· quod quondā herodes in honorem tiberii caesaris condidit. Est autem in iudea omnibus lacis salubrior·et ad sanitatem corporum quodāmodo efficatior. ¶ Genesar lacus amplissimus in iudea· longitudine centum quadraginta extenditur stadiis· pro sui autem latitudine quadraginta numero stadiis diffundit. Crispātibus siquidē

aquis aurá non ventis ſed de ſeipo ſibi excreás. Vnde & geneſar
dicitur graeco vocabulo·quaſi generans ſibi auram. Deniq; per
diffuſiora ſpacia lacus frequentibus auris ſpirantibus agitatur.
Vnde & purior hauſtus eius·& ad potádum dulcis & habilis
¶ Venacus lacus italie in venecia· de quo fluuius naſcit min/
cius·qui lacus magnitudine ſui tempeſtates imitatur marinas
¶ Lucrinus & auernus lacus campanie ſunt. Lucrinus autem
dictus·quia olim propter copiam piſcium vectigalia magna
preſtabat ¶ Auernus autem lacus vocatus·q; aues ibi ſuperuo/
litare nó poſſint. Nam antea ſiluarum denſitate ſic ambiebatur·
ut exhalantes inde per anguſtias aque ſulphuree fetor grauiſſi/
mus ſuperuolantes aues halitu ſuo necaret· quá rem auguſtus
ceſar intelligens·deiectis ſiluis·ex peſtilentibus amena reddidit
loca. ¶ Lacus autem idem eſt & ſtagnum·vbi immenſa aqua
conuenit. Nam dictum eſt ſtagnum·ab eo q; illic aqua ſtet nec
decurrat ¶ Ca·xviii

¶ De. Abiſſo

Abiſſus profunditas eſt aquarum impenetrabilis·ſiue
ſpelunce aquarum latentium· e quibus fontes & flu
mina procedunt·vel que oculte ſubtereunt. Vnde et
abiſſus dictus. Nam omnes aque ſiue torrentes per ocultas ve/
nas ad matricem abiſſum reuertuntur ¶ Fluctus dicti q; flati
bus fiant. Ventorú eni impulſu agitate aque fluctuát ¶ Aqua
eſt ſtatiua·& ſine motu equalis. ¶ Vnda vero eminens liquor
qui ſemper in motu eſt. Lucrecius. Aerias vndas·id eſt motus
& corpus illud quod refluctuat. Nam nec vnda per ſe aqua eſt
ſed aqua in motu quodam & agitatione·quaſi ab eundo & re/
deundo vnda vocata eſt. ¶ Latex proprie liquor fontis eſt. Et
dictus latex·q; in venis terre lateat ¶ Gutta eſt que ſtat ¶ Stilla
que cadit. Hinc & ſtillicidium·quaſi ſtilla cadens. Stiria enim
grecum eſt id eſt gutta. Inde fit diminutiuum ut dicamus ſtil/
la. Dum auté ſtat aut pendet de tectis vel arboribus quaſi glu/
tinoſa gutta eſt·dum ceciderit ſtilla eſt. ¶ Spuma dicta·ab eo
q; ſpuatur·ſordes enim ſunt vndarum. Vnde & muſtum et ea
que coquuntur ſpuma vel ſtilla purgantur. Hinc et ſputum
¶ Ca·xx

¶ De. Fluminibus

f Fluuius eſt perennis aquarú decurſus·a fluendo per/
petim dictus. ¶ Proprie autem flumé ipa aqua·flu/
uius curſus aque·prius autem flumen q̃m fluuius

id est prior aqua q̃m decursus. Duo sunt autem fluuiorum genera·vnum torrens·alterum viuum. De quo virgilius. Donec me flumine viuo abluero ¶ Torrens est aqua veniens cum impetu. Dictus autem torrēs· quia pluuia crescit·siccitate torrescit id est arescit. De quo pacubius. Flammineo vapore torrens torret·cui greci ab hieme nomen dederunt·nos ab estate· illi a tempore quo succrescit·nos a tempore quo siccat. ¶ Amnis fluuius est nemore ac frondibus redimitus. Et ex ipa amenitate amnis vocatus. ¶ Decursus proprie finis cursus·siue aquarum sit·seu quarumlibet rerum ¶ Riui dicti q̃ deriuentur ad irrigandum id est ad inducendum aquas in agris. Nam irrigare inducere ē. ¶ Gurges proprie locus altus in flumine. ¶ Puteus est locus diffossus ex quo hauritur aqua·a potatione dictus ¶ Fons caput aque est nascentis·quasi aquas fundens ¶ Quidam autem fluuiorum propriis ex causis nomina acceperunt·ex q̃bus nōnulli notandi sunt·q̃ in historiis celebres memorantur ¶ Geon fluuius de paradiso exiens· atq̃ vniuersam ethiopiam cingens· vocatus hoc nomine q̃ incremento sue inundationis terram aegipti irriget. Ge enim grece latine terram significat ¶ Nic apud aegiptios nilus vocatur·propter limum quem trahit·qui efficit fecunditatem. Vnde et nilus dictus est quasi Nā antea nilus latine melo dicebatur. Apparet autem in nilide lacu de quo in meridiem versus excipitur egipto· vbi aquilonis flatibus repercussus aq̃s retro luctantibus intumescit· & inundationem aegipti facit ¶ Ganges fluuius·quē phison sancta scriptura cognominat·exiens de paradiso pergit ad indiae regiones. Dictus autem phison· id est caterua· quia decem fluminibus magnis sibi adiunctis implebitur & efficitur vnus·Ganges autem vocatus a rege gangaro indie. Fertur autem nili modo exaltari·& super orientis terras erumpere ¶ Tigris fluuius mesopotamie·de paradiso exoriens·& pergens cōtra assirios· & post multos circuitus in mare mortuum influens. Vocatus autem hoc nomine propter velocitatē instar bestie tigridis nimia pernicitate currentis ¶ Eufrates fluuius mesopotamie de paradiso exoriens· copiosissimus gemmis· qui per mediam babiloniam influit. Nic a frugibus vel ab vbertate nomen accepit. Nam hebraice eufrata fertilitas interpretatur. Mesopotamiam etenim in quibusdam locis ita irrigat·sicut & nilus alexandriā. Salustius

autem auctor certissimus asserit tigrin & eufraten vno fonte
manare in armenia· qui per diuersa euntes longius diuiduntur
spacio medio relicto multorum milium· que tamen terra quae
ab ipis ambitur mesopotamia dicitur. ¶ Ex quo hieronimus
aniaduertit aliter de paradisi fluminibus intelligendū ¶ Indus
fluuius orientis· qui a mari rubro accipitur ¶ Istaspes fuit me/
dorum rex antiquissimus· ex quo amnis orientis nomen acce/
pit· qui nūc idaspes dicit. De quo lucanus. Qua niseus idaspes
Accedunt pelago phebi surgentis ab igne. Iam ꝓpior q̃m persis
eram. Qui dum sit fluuius persarum dicitur tamen contra ori/
entem decurrere ¶ Araris fluuius germanie. De quo virgilius.
Aut ararim parthus bibet· aut germania tigrim. Currit enī per
parthiam & assiriam ¶ Bactrus fluuius orientis· a rege bactro
vocatus fert· a quo & bactriani & vrbs eorum. ¶ Coaspis flu/
uius persarum vocatus eorum lingua· q̃ miram aque dulcedi/
nem habeat· adeo ut persici reges q̃mdiu inter ripas persidis fue
rint· sibi ex eo pocula vendicarint. Ex hoc amne quidam cidnū
cilicie fluuium deriuari existimant. ¶ Araxis amnis armenie·
qui ab vno monte cum eufrate diuersa specie oritur. Dictus q̃
rapacitate cuncta prosternat. Vnde & cum alexander eū transi/
gredi vellet ponte fabricato· tanta vi inundauit· ut pontē dirue/
ret. Hic breuibus interuallis ab eufratis ortu caput tollit ac dein
de caspium fertur in mare ¶ Fluuius sirie qui vocatur orontes
iuxta antiochie muros decurrens· qui a solis ortu oriens· nō lon
ge ab vrbe mari conditur· quem de originis sui tractu orientem
veteres latine appellauere. Cuius fluentis ex ipo impetu frigidi/
oribus & zephiris assidue ibi spirantibus tota ciuitas mometis
prope omnibus refrigerat. ¶ Iordanis iudee fluuius a duobus
fontibus nominatus· quorum alter vocatur ior· alter dan. His
igitur procul a se distantibus in vnum alueum federatis· iorda/
nis deinceps appellatur. Nascitur autem sub libano monte· &
diuidit iudeam & arabiā· qui per multos circuitus iuxta iericho
in mare mortuum influit. ¶ Eufis caucaseis montibus fusus
cum pluribus alis in eusinū se precipitat mare· vnde & nūcu/
pat. ¶ Cignus amnis sicilie· q̃ a tauro monte progrediens· mirā
aquarū habens suauitatem· & q̃ a q̃cquid candidum est· cignū
gentili lingua siri dicunt. Vnde cigni amni hinc nomen datū
est· quia tumet aestate quando niues soluuntur· reliquis anni

temporibus tenuis est & qetus ¶ Ilas fluuius asie ¶ Pactolus fluuius asie·arenas aureas trahés. De quo virgilius. Pactoluſq; irrigat auro· quem pro aurato fluore aliter crisortiam vocant. ¶ Hermus fluuius asie·qui smirneos secat campos·& ipe fluctibus aureis & harenis plenus·a quo & smirna vocata est ¶ Meander amnis asie flexuosus· qui recurrentibus ripis inter asiam & ioniam precipitatur in sinu qui miletum diuidit & priená. Meander aut vocatus·q; sit flexuosus & nunq̃m currat rectus De quo ouidius. Quiq; recuruatus ludit meáder i vndis ¶ Tanus fuit rex scitarum primus· a quo tanais fertur fluuius nuncupatus·qui ex ripheis siluis veniens·dirimit europam ab asia inter duas mundi partes medius currens·atq; in pontũ fluens. ¶ Inachus achaie amnis·argolicos irrigans campos· quem rex inachus a se nomiauit·qui exordium argiue gentis primus dedit ¶ Ibi est & erimantus ab erimanto monte dimissus. ¶ Padus italie fluuius a iugis alpium fusus·ex tribus fontibus oritur·ex quibus vni vocabulum padus·qui diffusus in modũ stagni amnem sinu dirigit· a quo & padus est nuncupatus. ¶ Hic a grecis eridanus cognominatur·ab eridano solis filio·quem phetontem dicũt·qui fulmine percussus· in eodem fluuio deiectus est & extinctus. Augetur autem exortu canis· liquescentibus niuibus· & cum accessione·xxx·fluminum circa rauennam in adriaticum mare defertur ¶ Tiberis italie fluuius·a tiberino rege albanorum dicitur appellatus·qui in hunc fluuium cecidit· & de exitu suo nomen dedit. Nam antea albula antiquum nomen a colore habuit·q; niuibus albus sit. Ipse est autem tibris q; & tiberis·sed tiberis in quottidiano sermone·tibris in versu dicitur ¶ Danubius germanie fluuius· vocari fertur a niuium copia·a quibus magis augetur. Iste est qui in europa plus omnibus famam habet. ¶ Idem & hister·quia dum per innumeras vadit gẽtes mutat & nomen·& maiores sibi ambiendo colligit vires. Oritur a germanicis iugibus & occidentalibus partibus barbarorum· pergens contra orientem· sexaginta in se fluuios recipit·septem ostiis in pontum influit ¶ Rhodanus gallie fluuius ab oppido rhodo cognominatus·quem coloni rhodio vocauerunt·qui rapido concitus cursũ·tirrheni equoris freta scindens·non modicũ sepe naugãtiũ facit periculum·dum inter se maris fluctus & amnis fluenta decertant ¶ Rhenus a rhodani

societate fertur vocatus· quoniam cum eo dem ex vna ꝓuincia
oritur. Est autē germanie fluuius inter tres europae maximos
fluuios computatus· qui a iugo alpium vsq; in oceani ꝓfunda
cursus suos dirigit ¶ Iliberus amnis qui quondam toti hispa/
nie nomen dedit ¶ Mineus fluuius gallicie·nomē a colore pig/
menti sumpsit·qui in eo plurimus inuenit. ¶ Durius a grecis
quasi doricus cognominatus. ¶ Tagum fluuiū tartago hispa/
nie nuncupauit·ex qua ortus ꝓcedit fluuius harenis aureis vel
auriferis copiosus·et ob hoc ceteris fluuiis hispaniarū prelatus
¶ Betis fluuius qui & boecie prouincie nomen dedit. De quo
marcialis. Betis olifera crinem redimite corona. Aurea q; nitidis
vellera tinguis aq;s. Eo q; ibi lane filaq; pulcro colore tinguunt
Betis autem dictus·eo q; humili solo decurrat. Betin enim greci
humile vel mersum dicūt. Quedam autem flumina in diluuio
soluta·mole terrarum reclusa sunt·quedam vero que non erant
abissi tunc ruptis meatibus eruperūt ¶ De. Diluuiis ¶ Ca·xxi

Diluuium dictum·q; aquarum clade omia que inun/
dauerit deleat. ¶ Primum diluuium extitit sub noe·
quando hominum sceleribus offensus omnipotens
toto orbe contecto·deletis cunctis·vnū spaciū celi fuit ac pelagi
Cuius hactenus indiciū videmus in lapidibus· quos in remo/
tis montibus conchis & ostreis concretos· sepe & iam cauatos
aquis visere solemus ¶ Secundum diluuium fuit in achaia·ia/
cob patriarche & ogigi tēporibus· qui eleusine conditor & rex
fuit·nomenq; loco & tempori dedit ¶ Tercium diluuiū in the/
salia· moisi vel amphitrioni temporibus fuit· qui tercius post
cecropem regnauit. Cuius temporibus aquarum illuuies ma/
iorem partem populorū thesalie absumpsit·paucis per refugia
montium liberatis·maxime in mōte parnaso·in cuius circuitu
deucalion tunc regno potiebatur·qui tunc ad se ratibus confu/
gientes·susceptos per gemina parnasi iuga·fouit & aluit. A quo
propterea genus hominū grecorū fabule ex lapidibus reparatū
ferunt ab eo·propter hominū insitam cordis duriciam. ¶ Sed
& flumīa cum insolitis aucta imbribus vltra consuetudinem
diuturnitatem vel magnitudinem redundant·multaq; proster/
nunt·& ipa diluuium dicuntur. ¶ Sciendum autem flumina
cum supra modum crescunt· non tantum ad praesens inferre
damna·sed etiam aliqua significare futura ¶ Finit liber·xiii·